



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De confessione Petri. Matt. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De confessione Petri. Matt. 16.

I. Christus interrogabat discipulos suos: quem dicunt homines esse filium hominum? at illi dixerunt: alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, aut unum ex Prophetis: dicit illus Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Amantissimus profectus spiritualis suorum discipuloru Magister Christus percontando, quid homines, & quid ipsi de filio hominis sentiant, captat occasionem clarus ijs seipsum manifestandi, & quanta ijs præ reliquis concessa sit gratia prærogatiua, enucleatus declarandi ut sic in cognitione mysteriorum fidei plenius illuminati, alios quoque perfectius illuminarent, & charismata sibi gratis impertita pluris facerent, & gratiores pro ijs existerent, aliosque ad idem incitarent. Idem tibi spiritu liter præstat, quoties intus illuminat, & beneficia peculiaria tibi collata memoriam reuocat. O si illum sapienter sic interrogantem: quid de filio Dei pro te facto filio hominis, quid de tanto eius amore, quid de tantis beneficijs sentis? quid illi merito retribuendum censes? attentè audire digna-

16.
ulos suis:
ilium ho-
m Bapti-
ui unum
os autem
nus pro-
cipuloru-
do, quid
o homi-
em clari-
& quan-
t gratia
arandi
orum fi-
quoque
arisman-
erent, &
aliosque
spiritua-
luminat-
ollata in
m s̄piu-
filio Del
quid de
e tantis
erito re-
è audire
digna-

Eignereris ; quam incredibili eius amore, quam feruenti perfectionis desiderio inflammereris ! Amor Iesu, gratitudo, zelus diuinis inspirationibus parendi.

II. Respondens Simon Petrus dixit : Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei : beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in celo est. Quanto zelo amoris & honoris Magistri sui, quanto cordis gaudio Petrus speciali gratia ob feroarem suum praeventus, alios condiscipulos praeueniens, quid de Christo sentiret, paucis verbis exposuerit, exclamans : Tu es Christus filius Dei viui ; quasi diceret, Tu es verus ille *Agg. 2.* Messias olim Iudæis promissus , Ille desideratus cunctis gentibus, ille sa- *Dan. 9.* cerdos æternus secundum ordinem Melechisedech. Ille Propheta quem omnes debent audire , Ille Sanctus sanctorum , Ille uictus oleo exulta- tionis præ participibus suis : Tu es filius Dei viui, non adoptiuus, sed na- turalis. Quāto maiore zelo glorię Pa- tris, & ipsius salutis , quanto maiore gaudio & congratulationis affectu Christus responderit: Beatus es Simon, & prærogatiuā gratiæ singularem illi

Pp 2

con-

concessam extollendo , & fontem
quo illa profluxit, gratuitam nimis
æterni Patris misericordiam & libe-
ralitatem aperte illi demonstrando, ut
sic intimam humilitatem conseruaret,
& se gratiorem auctori gratiæ exhi-
beret. O si tot peculiares tibi à Deo
gratias ex gratuita benignitate Dei
communi casas, ut par est, agnosceres,
quam te felicem , præ tot alijs cense-
res ! quanta humilitate tè his indignū
reputares ! quanto feroce compensa-
re studeres ! Aestimatio gratiæ voca-
tionis ad fidem & perfectionem, gra-
titudo & feroce cooperandi.

III. Et ego dico tibi, qui a tu es Petrus,
& super hanc petram adificabo Ecclesiam
meam. En quam liberaliter Christus
feroce fidei & charitatis Petri, etiā
in hac vita remunerat , constituendo
eum supremum suum in terris vicariū,
secundarium Ecclesiæ suæ fundamen-
tum, dando illi summum ligandi &
soluendi Pontificium ! Quanto libe-
ralius eius, omniumque eiusdem fer-
uorem æmantium assiduos conatus
in diuina gloria, per se aliosque latius
propaganda , in altera remunerabit.
Amor, feroce perfectè Deo seruieadi.

De